



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Series Episcoporum Archiepiscoporum Et Electorum
Moguntinorum, Trevirensium Et Coloniensium**

Kolb, Gregor

Rottwilae, 1725

VD18 12054054

VI. D. Felix.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64326)

VI. D. FELIX.

ANtonius cognomento Pius Imperator imperavit, dum S. Felix Trevirensis Ecclesiam Episcopus gubernavit, pacis tempore multis recreatus animarum fructibus: semen namque Romanæ Fidei, authore etiam D. Felice per Germaniam & Galliam longè latè que spargebatur D. Pio Pontifice, ut id fieret, plurimùm hortante, & uberem benedictionem impertiente. Quin ut augetur semen, sanguinem suum fuderunt & Pius & Felix, dum Marcus Aurelius, aut veriùs frater Lucius Verus præfides suos Christianorum hostes acerrimos per provincias Romanas vigiliarum, inquisitorum & tortorum more distribuit & collocavit, ut Christianorum aras everterent, & severissimas pœnas de earundem præsertim authoribus exigerent. Lucio Vero succedentibus tyrannis pluribus, tametsi Episcoporum Trevirensium aliorumque Series non sit interrupta, de gestis tamen & eorundem annis haud constat satis; unde solis Episcoporum nominibus Lectorem oportet esse contentum.

VII. S. MANSUETUS.

VIII. CLEMENS.

IX. MOYSES.

X. S. MARTINUS M.

S E C U L U M III.

XI. ANASTASIUS.

XII. ANDREAS.

XIII. RUSTICUS I.

XIV.